
IACOBO ROSPIGLIOSIO VIRO MAXIMO

Soteria.



ARCE metu Clio. Iam rumor læta secundus
Segusia de valle refert. Vis effera morbi,
Cessit, & ille nocens venis deferbuit ignis,
Quo penè Itala res, & spes arsere Latinæ.
Iam solitum membris robur, iam pristinus ori,
Dèpulsa macie, decor, & cum munere somni
Fax oculis tranquilla redit: rursumque rubentes
Incipiunt meliore genæ florere iuuenta.
Non opis id, Natura, tuæ: nec gramina tantum
Marsorum, doctæque manus valuere medentum.
Res probat authores Superos. Virgo, inclyta Virgo,
Cui super Exquilijs lecto de marmore templum
Aestiuæ posuere niues, nomenque dedere;
Ipsa laboranti præsentem (credite) Virgo,
Dum nostri miseretur, opem tulit. Ite sodales
Ordine quisque suo, niueis in vestibus omnes,
Thure piate locum, facilesque in vota precantum
Cingite fronde noua, sertisque recentibus aras.

Dum-

Dumque sua Exquilij testati gaudia colles
Aere cauo, festoque diem clamore salutant;
Reddite vos Superis grates (nunc tempus) & almæ
Virginis alterno modulantes carmine laudes
Soluite, io, mecum, Domino pro sospite, votum.
Tu verò, Iacobe, tui qui littus Eoum,
Littus & Hesperium fama iam nominis imples;
Lux Mundi noua, lapsarum spes altera rerum;
Augustam conscende ratem, quam Regius hospes
Tantum abeunte dolens, quantum te sospite lætus,
(Officium triste, & spectati pignus amoris)
Ad caput Eridani sacrum se sistere iussit.
I nostrum decus, i felix: huc dirige cursum,
Sollicitosque diu de te solare Quirites.
Aspice vt Eridanus Pater, vt tua iussa capessat,
Populeam acclinat frontem, placido amne serenus;
Teque iubens saluere, sinum tibi pandit amicum.
Fluuiorum Rex Eridanus, qui flumina centum
In mare fert, centum magnas præterfluit Vrbes.
Is te, ne tardere vadis, collectus in vndas
Accipiet venientem, & deuehet amne secundo,
Piscosis quà pulcra iacet Ferraria campis,
Musarum domus, & niueis olim hospita cycnis.
Accipient vnà, fortunatamque carinam
Deducent fluuio certatim dona ferentes,
Abdua (nam cohibet saxa inter Cottia lymphas
Digressuque tuo mœstus caput occulit antro
Duria) Ticinusque cruori assuetus & armis
Olim, nunc tacitus, puraque argenteus vnda:
Lambrusque, & velox Scultenna, atque Ollius ingens,
Et fræni impatiens Tarus, & quem Felsina mittit
Rhe-

Rhenus inops vndæ, nisi cum niue turgidus exit
Hyberna, sternens hominumque boumque labores,
Stura, Orgusque rapax; satus & Benacide Nympha
Mincius, ille sacris dilectus oloribus amnis.
Interea Heliades stantes in margine ripæ
Aduentum ratis expectant, tibi serta parantes
Puro ex electro, choreasque in gramine ducunt
Funeris oblitæ fraterni, & carmina dicunt.
Quin etiam excitæ vitreis è sedibus omnes,
Ostriferam Adriaci seruant quæ littoris oram
Succedunt fluuio, radiatæ puppis honores,
Sed te puppe magis Nereides admirantes.
In medijs Proteus venturi præscius æui
Fata canit. Fore te, qualem sibi vota piorum
Effingunt, priscis Heroibus anteferendum:
Incolumemque diu, incolumi Clemente, grauesque
Tecum partiri curas, tibi credere sancti
Arcanos animi sensus gaudente, salutem
Speratam populis, & mitia iura daturum.
Quamquam non soli Proteo, Phœboque futura
Pandere; sed verum de te, Heros inclyte, vatem
Cuilibet esse licet, cui sit tua cognita virtus.
Te populi, per quos graderis, simul aspexere,
Attonitis hærent animis, famamque fatentur,
Ora licet centum exertet, virtute minorem
Ire tua, de te mentitam plura, silendo.
Votaque concipiunt pro te, tardamque senectam
Caro optant capiti. Quod si te prisca loquentem
Gallia, spargentemque manu regalia dona
Vidisset, plenumque animis atque indole magna
Pro re Romana caput obiectare periclis;

Sacra

Sacra tibi pulso posuissent Hercule templa.
Quin æterna tuis sculpsisset sidera factis
Ipsa suæ quamuis miratrix Græcia gentis.
Et fera qua Lernæ, qua cœli parte renidet
Victa sub Herculeis pestis Nemeæa lacertis;
Fulgerent, Vir magne, tuæ decora inclyta dextræ,
Debellata animi tercentum immania monstra,
Vlcere quæ assiduo mortalia pectora vexant.
Non agit Ambitio te,non amor improbus auri
Non illa Heroum domitrix, truculentior Hydra,
Quæ tulit Alcidæ spolium; malesuada Voluptas.
Non te fœta malis ingentibus otia, non te
Per nemorum pelagique vias quæsita palati
Crimina delectant: non Bacchi pocula Chij:
Quæ propter Fortunam animæ venerantur inertes;
Sed labor,& vigiles in publica commoda curæ,
Sed colere ingenuas artes, tribuisse merenti
Præmia,complecti miseros, opibusque iuuare:
Polliciti seruare fidem, sanctumque vereri
Nomen Amicitiæ, atque ad laudem cuncta referre.
Hæ tibi sunt artes: his tu pacare furentem,
Et longùm seruare potes virtutibus Orbem.
Nam quæ pro Latio, pro relligione gerenda
Clementi Pater omnipotens, tibi munia Clemens
Mandat, magnanimus Clemens, quem tristia bella
Rex superùm, horribilesque minas miseratus ab alto
Demisit, columen fidum mortalibus ægris.
Exercenda tibi nunc est sub Principe virtus,
Sub quo illam solers studuisti haurire magistro;
Artibus egregijs imbutam, & moribus aureis.
At tibi,dum magni perages mandata Parentis,

Cu.

Cura ſit imprimis Regem exorare potentem;
Auguſtum, inuictum, ſed non pietate minorem:
Liberet Europam bello, quo iuſtius Afer
Ardeat: arma ferox Solymæas vertat ad arces,
Terroremque Aſię, patrum memor, induat enſem.
Ni faciat; ruere huc Aſiam (ferat omina ventus)
Et Cretæ euerſæ renouatam cotibus haſtam:
Barbaricam intendi iugulo nil tale timentis
Heſperiæ flens aſpicies: Thracumque ſuperbas
Littoribus noſtris volitare impunè carinas,
Claudentes mare quod ſupra, quodque alluit infra.
Ergo ades, & vaſta rerum ſub mole labores
Voluenti innumeros Patruo ſuccurre: vigentem
Quamquam viribus inuenies, viridique ſenecta,
Implentemque ſua venientia ſecula fama,
Dum patrio tellurem animo complectitur omnem,
Non quæ ſurgentem ſolùm Titana, cadentemque
Aſpicit, aut gelida longè porrecta ſub Arcto eſt;
Sed quæ muta, & adhuc remis ignota Batauis
Axe ſub oppoſito ſqualet pars vltima rerum.
Ille refert populis Saturnia Regna Latinis,
Pauperiem turpem; fraudeſque & bella relegans,
Regificamque manum cunctas extendit in oras,
Natus ad imperium; quamuis pia Præſide tanto
Roma careret adhuc, ſi quid dare grata merenti
Maius in his miſeris potuiſſent Numina terris.
Nunc Vrbi populiſque parat noua gaudia Clemens
Dum tibi Sidonio fucatur lana colore,
Virtuti meritiſque tuis quæ debita pridem
Non vllum trahet à conſanguinitate ruborem.
Non tu illi charus, quòd eodem ſanguine cretus:

Sed

Sed quòd idem ſentis, quòd eodem duceris aſtro.
Hinc amor in te Clementis, quem turbinis atri
Nullo poſſe metu, nulla pallere ruina;
In communi Vrbis docuit formidine nuper
Fama audita tui pacata fronte pericli.
Ipſe ego magnanimi mores quoque Principis in me
Experior: ſibi namque Salus vt publica ſemper
Magnaque curarum latus agmina circumſiſtant:
Non tamen immemor eſt noſtri, cui præbuit vltro
Dona, Quirinaleſque lares nil tale merenti
Reddidit, & dare ſæpe ſacris ſinit oſcula plantis,
Hac quoque re ſimilis, cuius gerit arma, Tonanti,
Qui tam humiles terras, & quæ naſcuntur in illis,
Quàm cœli immenſos orbes, & ſydera curat.
Forſan & hæc olim, ſi qua illi immunis ab æſtu
Curarum breuis hora vacet; dignabitur aure
Non ſurda, licet aſpectum Clementis, & acre
Iudicium agreſtis vereatur Muſa ſubire.



ROMAE,
Typis Philippi Mariæ Mancini 1667.

SVPERIORVM PERMISSV.

TIBI
BELLATRIX HVNGARIA
VETVS TERROR DOMITRIXQVE TVRCARVM
C V I V S
ARMA, EVROPÆ IVXTA ET ASIÆ VISA
VICTORIÆ AB ORIENTE ET OCCIDENTE SOLE TESTATA
IMPERIVM, AD EVXINVM, ADRIATICVM, BALTICVM MARIA PROLATVM:
TIBI INQVAM
QVÆ BELLA SANCTA
SVSCEPISTI SANCTE, GESSISTI FORTITER, CONFECISTI FELICITER,
QVÆ DVCES TVOS PROBITATE ET MILITIA CLARO
AD IMMORTALITATEM:
LADISLAVM
AD PVBLICVM INSVPER CVLTVM
SANCTORVM
ET CÆLITVM ORDINEM EVEXISTI,
HOC ÆTERNVM GLORIÆ
TROPHÆVM
BELLICOSOS APVD BELGAS
IN HERCVLIS MAGVSANI OSTIO
GADITANIS EIVSDEM COLVMNIS AD SEPTENTRIONEM OPPOSITO
STATVO ET INSCRIBO.

PROVIDENTIA



IN PRÆCAVENDO.

MATTHIAS CORVINVS

HVNGARIÆ REX XXXIV.

Ode Horat.

DVRARE Caſtris, Bellaque perſequi
Suſcepta, diſcat prælia qui regit:
Nam Marte quæſitas, ſuprema
Sæpe Duci rapit Hora lauros.
Victi reſurgunt, primaque maſculos
Virtus ſub artus preſſa, reſuſcitat
Flammam latentem, nec ſerenos
Semper habent fera bella vultus.
Hac laude geſſit prælia pertinax
CORVINVS; armis non poſuit modum,
a Turcaſque iam victor quietos,
Eſſe tamen dedit ille numquam.
Ceu fœtus amnis, cui ſemel irruit
Hoſtem ſubegit: ceu volucrum gregem
Fruſtra diu venator vrget,
Perque lacum ſequitur fugaces:
Donec natantes & nimium vado
Fiſas paluſtri, traijcit eminus
Ardente nitro: moxque lapſis
Per medias Canis inſtat vndas.
Quas vel cavernas vel iuga montium
Fugit? nec illum maximus hoſtium
Exterruit cœtus, nec ardor
Hungariæ ſibi diſſidentis.
Pugnantem & Eos cernit & Heſperus,
Nox providentem, craſtina quid feret
Aurora; bellum victor ardet,
Integrat & nova bella victus.

a Quos Matthias Civitate & Arce Iayeza & 27. oppidis v[illegible] expulit ac eorum Imperato[illegible] rem Mahumetem Iayczę cum maximo exercitu obſidionem Iayczę ſolvere coegit. Tum Paulo II. bello ſacro præpoſi[illegible] tus ingêtes Turcis intulit clades. Sciobaſium munitiſſimum eorum præſidiũ trigeſimo obſidionis die expugnat; ob quam expugnationem gratiæ act[illegible] Deo per ſupplicationes publicas Romæ atque Venetiis & ab Xiſto IV. Venetaq; Republica Legati gratulatum ad Matthiam miſſi. Alibechum & Xenderbechum fratres dele[illegible] penitus & Caſtris exuit, Cæteros Illyrico pellit. Per Stephanum Bathor & Paulũ Kyniſi 60000 Turcas profligat o[illegible] ciſis 30000 dataque militi[illegible] Hungaris pro S. Euchariſti[illegible] myſticæ terræ particulâ p[illegible] Bathorium, qui & ipſe victu[illegible] ſex cum equo vulneribus con[illegible] foſſus tandem exſpirat Paulus autem cæſo hoſte ablataqu[illegible] ingentiſſima præda iacentem Turcam dentibus corripit, e[illegible] gitque nullo manuum admin[illegible] culo ſicque numeroſè trip[illegible] diat vir robuſtiſſimus, ac ſu[illegible] inde per eundẽ Paulũ Turc[illegible] alio prælio 30[illegible]o [illegible] ernit, mu[illegible] tos capit cum [illegible] præda, paulo poſt [illegible] alios Duces d[illegible] let 70[illegible] Equitum Turcarum.

b Nam Hungarorum ali[illegible] Matthiam peroſi, Caſimir[illegible] Caſimiri Poloniæ Regis fili[illegible] in Hungariam inducũt ut R[illegible] gem eum iubeant. Sed hic [illegible] cyus ab Matthia obſeſſus n[illegible] [illegible] ab eo im[illegible] [illegible] ad [illegible] M[illegible] [illegible] Hannibal & Homo [illegible] exple.

Testis [a] Boemus, testis & vltimi
[b] Caput Tibisci. nec [c] Valachus Ducis
Vitavit ensem sauciati,
Non [d] Oderæ Moravique Potor.
Par ipse multis, quò premitur magis
Maior resurgit. iamque Polonicos
CORVINVS agros, iam feracem
Silesiam populatur audax,
Binisque pugnat [e] Regibus impiger.
Namque & [f] Parentis Gloria suscitat
Somno iacentem: mox labores
Et patrijs stabilita factis
Trophæa, ne se degenerem probet,
Illum fatigant. tum simul Hungari
[g] Reges recursant, quos proterva
Celsa tulit super Astra Virtus.
Nec spes futuri mitiùs arrigit;
Exemplum, hic vnus Magnanimis erit
CORVINVS, ad famam perennem
Perpetuis properare bellis.

QVAM deceat matura Ducem Prudentia, quæ Vis
Pectoris, atque tenax varijs Constantia bellis,
Rex FERNANDE, tuo FERNANDI in nomine disces.
Inque tuis velut hoc Nomen [h] Maioribus alta
Implevit virtute Deus, sic fortibus in Te
Augebit factis eadem tibi tradita Regna.
Hoc dudum prędixit Hymen, cùm præpete cursu
[i] Ternam præriperes per ludicra prælia Palmam.

[illegible] ha bellicosissimus ab [illegible] cum suis captus & [illegible] affectus, Item Georgius Podiebradius Hussita [illegible] Rex, in quem Mat[illegible] septennium Pontifi[illegible] auctore Bellū gessit: [illegible] Moraviâ, Silesiâ, Lusatiâ [illegible], Boemiæ Rex Olomu[illegible] natur.
[illegible] sylvani qui Tibiscum [illegible] piscium feracissimum [illegible], quos primo impetu [illegible] suppressit.
[illegible] rum septem millia occi[illegible] icis æque ac Ducis offi[illegible] nctus adeoque [illegible] ad spinam dorsi confi[illegible] vulnere nō nisi post qua[illegible] sanato.
[illegible] siæ & Moraviæ
[illegible] mortuo Georgio Re[illegible] Boemi Ladislaū [illegible] Regis filiū qui mox [illegible] cum Patre ingentique [illegible] quos Matthias ad pa[illegible] compulit, misso in Polo[illegible] Hungarico Equitatu.
[illegible] Corvini quem etiam [illegible] diximus. Nam [illegible] Serviæ Despo[illegible] & Boemos [illegible] a[illegible] Turcas decies [illegible] quater & decies [illegible] pugna vincit, acie[illegible] circiter [illegible] depulso Amurathe [illegible] Belgradum obsidēte [illegible] vel 400000 ra[illegible] 16 prælio ad [illegible] Capistranus cū [illegible] Cruce Signato[illegible] tantū victus est Ioan[illegible] victoria Turcis [illegible].
[illegible] S. Stephanus qui Copā, [illegible] &c. [illegible] Vt Andreas 2 S. Elisabethæ [illegible] qui Babylonio Sultano [illegible] Hierosolymam cęso, Ieroso[illegible] est dictus. vt Ste[illegible] 5. qui Othocarum [illegible] Regem fudit & Bulga[illegible] Mysiæ vectigales [illegible] & Sigismundus qui Tur[illegible] superavit prælijs 22.

[h] Ferdinandus I. Castiliæ Rex cognomēto Magnus Legionense Regnū Castellano adiūxit &c. Ferdinandus III vtrūq; iterū [illegible], & Cordubam Hispalimque eripit Mauris. Ferdinādus V. novum orbem per suos detegit. Iudæos omnes Hispania exi[illegible], Granatæ Regnum Saracenis tota Hispania pulsis occupat. Regnum Neapolitan. per Ferdinandum Gonsalvum, Et Na[illegible] per Fredericum Toletanū Hispaniæ iungit, At verò Ferdinandus I. Imp. & Hung. Rex per annos 38. fortiter Turcæ resi[illegible] Ferdinandus II. per annos feliciter 14 Hæreticos persequitur gravissimus ad hunc diem Bellis.
[i] [illegible] Nuptialibus suis ludis Ferd III. Equestri Certamine ter alios vincit.

S. [b] LADISLAVS

HVNGARIÆ REX VIII.

Ode Glic. Asclep.

PARCVM [c] Tartare [d] sanguinis
Cur me desidiæ turpiter arguas?
Non est hæc pietas probrum,
Vnus cùm potui sternere [e] plurimos.
Huic Tygris dedit vbera,
Qui vitam voluit non dare supplici:
Tauris, si iaceant, dabit
Sylvanus veniam & magnanimus Leo.
Immitti pereat nece,
Qui siccis oculis [f] funera militum,
Vxorumque videt preces,
Et Prolis lacrymas immiserabilis.
Non speret facilem Deum,
Qui Reges solio pellit, & invidus
Victis sceptra rapit manu.
Merces ampla satis sit mihi gloria,
Hoc forti spolium placet.
Crescit sub facili [g] vis quoque pectore,
Et Clementia laureas
Fixit magnanimis, si tamen hi prius
Victores fuerint sui.
Hos lógis Populus tollet [h] honoribus,
Et spretum [i] decus offeret,
Si laudes & opes esse putant nihil.
Quem [k] Bello Deus impulit,
Huic vicisse sat est. promit adoreas
Tellus scilicet impares,
Dum Cæli sitiens [l] Bellageris [m] Deo.

[a] Miraculis illustrissimus fertur tádem inter sancto Romano Pontifice an. Chr 1198. eâ ipsâ horâ qua puer eius sepulchrum conualuit

[b] Belæ filius & Geisæ fra ob animi & corporis ro Religioné, Pudicitiã, Com té, Liberalitaté, Iustitiã, sui contemptũ &c. Pius ac sanc etiam dum viveret dictus.

[c] Ab Tartaris orti Hungar his illi mitigatum Christi Religione ingenium exp brabant.

[d] Fere quoties vicit, vicit a quoties pugnavit, saltẽ duo cies, clamabat, Parcite sãgu & captivos quotquot hab ad Salomonem Æmulũ Re remisit viatico donatos.

[e] Nam primo impetu Chun quinque obtrũcat, sed ab qui to vicissim grauiter læsus div na mox ope sanatur. Eos postea Ducem Acum tertiò ab c victum cæterorum san gini parcẽs ad monomach provocat & primo congres transfodit. Alterum Equite qui Virginé exportabat, ass quitur & equo per Virgine hortatu Ladislai deiectum ip equo etiam exscendens pa marte mox perimit. Post Rex factus Polonos cædit cap tá Cracoviâ, Boemos terre Dalmatiæ & Croatiæ Reg Hungarico iungit &c.

[f] Hostes forte in bello cæsi, exosculari victor mitidime cum lachrymis cepit.

[g] Vix tãdem adductus est po aliquot de perfido Salomo victorias vt oblatum ab Hun garis Regnum [illegible] e saltem [illegible] coronari se nũ quam est passus.

[h] Eius mortem trienio lu omnes Hungari in pulla ve &c. Choreas, ludos, iocos, [illegible] [illegible] prohibent &c.

[i] Oblatum sibi Romanum Im perium recusat.

[k] Summam belli sacri Præfe [illegible] ab Romano Pontific Hispanis, Gallis, [illegible] tanto ob [illegible] adeiectit.

[l] In vtroque Ladislai humero, duos Salomon Angelos videt cum [illegible] Alias per eiusdem lanceam candidissima mu stella reptans in sinum delabitur victoriæ prænuntia.

[m] Varadini Templum Deiparæ construit ita à Deo inter venandum admonitus, & moriens omnia omnium [illegible] Tem plis & Cœnobiis legat.


CONSTANTIA

GEISA I.

HVNGARIÆ REX VII.

Ode Sapph.

VIs ineſt fruſtra; cadet enſe fortis
Miles hoſtili, niſi Dux futuri
Præſcius, cladem vetat, & latentes
Occupat aſtus.
Ille Iudæę Syriæque terror,
Providi fundâ iacuit Davidis.
Et trucem parvus Canis, at peritus
Detinet Aprum.
Quin lupum ardentem ſimulacra terrent,
Quæ ſagax farſit ſtipulâ Menalcas:
Iamque ſecurus modulos Magiſtri
Pamphagus audit.
Sed [a] boni mores ſcelerumque puri
Non egent Parma, nitidoúe Telo:
Hos Deus dextrâ tegit, his vocatus
[b] Militat Æther.
Exitum hic belli dubiæque ſortis
Vertici inſertâ docuit [c] coronâ:
Et tuo, Frater, tuus en triumphat
Geiſa [d] periclo.
Nec mihi per vim Patriæque vulnus
Quæſij [e] Regnum, malè provocatus
Depuli cæcam Salomonis Iram, in-
iuſtaque bella.
Si quid hîc lætum potui, Tonantis
Id manu geſtum eſt. Nihil arte vel vi
Dux agit, quod non inopina poſſit
Sternere Clades.

[a] Quales erant in Geiſa propter quos Magni nomine ab Hungaris eſt ornatus. Obſervantiſsimus erat Epiſcoporum & Sacerdotum, quorum autoritate permotus, Salomoni Patrueli Regnum reliquit. Mitiſsimus erat & Deiparæ ſtudioſiſsimus. Hinc Albâ expugnatâ Præſidiarij prælatâ D. Matris Icone vitam à Geiſa per Virginis nomen petunt & ſtatim impetrant.

[b] In Chunos pugnaturus, omnes ſuos milites ſacrâ Euchariſtiâ muniri iubet, moxque vincit. Aliàs Deiparam ac D. Martinum cum hoſte conflicturus invocat & Baſilicas eiſdem ſi vicerit vovet; victor ad Monyorod Rexque iam factus dum de loco Baſilicæ in honorem Virginis ponendæ Geiſa deliberat, Ecce Cervus alis Igneis inſignis apparet & locum veſtigiis ſignat. Eidem Deiparæ Templum Budæ poſuit dotavitque cenſu & aureis vaſis &c.

[c] Ladiſlaus quippe Geiſæ frater vidit Angelos, eius in Salomonem pugnaturi capiti coronam imponentes.

[d] Nempe Ladiſlaus ut Salomonis irruentis impetum in ſe converteret, vitamque Geiſæ ſenioris fratris ſervaret, ſigna eiuſdem aſſumpſit, & Salomonis copias excepit ac fregit.

[e] Nam & Regnum iuſtè partum certis & æquiſsimis conditionibus obtulit Salomoni ac denique ante mortem ſervato ſibi Ducatu qui tertiam Hungariæ partem continet, reliquum Regni cũ Corona profugo liberaliter per Internuntios dedit.

AVDACIA



IN INVADENDO